



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

10. Quid faciendum ijs qui sæpè confitentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

quentes, ac subiti illius casus, qui sæpè con- *ad mortem*
fitetur, semper quasi ad eam paratus est. *fit.*

9. Frequentatio Confessionis generat 9 *Gaudium*
magnum securitatem conscientiae, ma- *affluit.*
gnam suae salutis certitudinem, ac propte-
reà gaudium in animo magnum, & quie-
tem, consolationemque in morte admira-
bilem.

PARS DECIMA.

*Quid faciendum sit Sodalibus, ijsq;
omnibus qui sæpè solent confiteri.*

IN quatuor rebus diligentiam adhibere *Prima cu-*
debent qui sæpius cōfitentur. Nam pri- *ra consistit*
mum in examine conscientiae seduli esse *in examine*
debent. Et quidē excutiāt oportet oportet, *conscientiam*
quid circa cogitationes, deinde quid circa
verba, tertio quid circa opera, erga Deum,
seipsum, proximū admiserint. Examen au-
tem istud tempus aliquod requirit, secun-
dum quod plures, paucioresve dies à pro-
xima Confessione intercesserunt.

Secunda cura posita esse debet in do- *Secunda cu-*
lore peccatorum ante Confessionem ex- *ra in dolore*
citando, qui dolor nunquàm omittendus *excitando*
est, etiam si venialia duntaxat peccata
occurrant. Confusionem itaque capies
ex te ipso, considerans, quàm parum te

emendes, & profici s, & quàm semper iisdem defectibus deprehendaris obnoxius. Deinde oculos mentis attolles ad Christum, considerans quod cum sit ipsa sanctitas & puritas, magnoperè illi omnia peccata displiceant. Ingratitudinem incubabis tuam, qui tantæ sanctitati tam parùm respondeas. Postremò de tuis omnibus defectibus, quos propones emendare, rogabis veniam, utque tuos affectus, & prauas inclinationes reformet, postularis.

3^a cura in
ipsa Confes-
sione con-
sistit.

Tertia cura circa Confessionem ipsam versatur, ut nimirum persuadeas tibi, quoties vadis ad accipiendum hoc sacramentum, toties ire te ad lauandam animam tuam sanguine Christi: cuius virtus operatur in Sacramentis: propterea opus esse magna reuerentia & humilitate. Amabis autem eum in confitendo claritatem, & perspicuitatem, libereque te totum Patri spirituali manifestabis, ab eo ut possis melius iuari & dirigi. Paratus etiam eris non solum ad suscipiendam prænitiendam, & implendam iniunctam satisfactionem, verum etiam ad excipiendos reprehensiones, si quas ille ad tui emendationem adhibendas putauerit, ad accipienda etiam omnia consilia, & remedia, quæ pro animæ tuæ maiori bono ipse dederit. Ad quod

ache-

vehementer conferet (sicut antè insinua-
uimus) vnico vti, quoad fieri potest, Con-
fessario docto, bono, & prudente, neque
ex vno ad alium, & mox ad tertium discur-
rere, quo nihil periculosius & ineptius.
Tales enim discursores & vagabundi plus
satis demonstrant nolle se iuuari, & diri-
gi, neque veram sui emendationem pro-
ponere. Salutare per omnem modum est
pœnitenti; vnum sibi deligere quem sequa-
tur, quem vt Patrem suum amet, cui se to-
tum sincerè aperiat, cuius se precibus pro-
fectumq; suum commendet, quem in mo-
lestiis, ac difficultatibus, ac in deligendo
potissimum vitæ statu (si iunior sit) con-
sulat, ac cuius nutu & consilio in omnibus
ad salutem suam spectantibus pendeat. In-
credibile est quanti id momēti sit, & quan-
tum boni, consolationis, & securitatis in
eo insit.

Vbi autem Confessarium pœnitens,
absolutionis causa accedit, viroque genu
flexo, & nudo capite, manibus iunctis, &
facie ad latus confessarij versa, signans
se cruce dicet; *In nomine Patris, &c. Be-
nedic Pater.* Accepta benedictione, prose-
quetur Confessionem Generalem vsque
ad verba (*mea culpa, &c.*) Tunc significato
tempore postremæ Confessionis, quan-
tum meminisse poterit, confitebitur sua

G 5

pec-

*Vnico vten-
dum Confes-
sario do-
cto, bono,
prudente.*

peccata; quibus explicatis, subiiciet clausulam generalem, dicens: *De his, & omnibus alijs peccatis meis contra Deum, proximum, & meipsum commissis, dico meam culpam, meam culpam, meam grauissimam culpam. Ideo precor beatam Mariam semper, &c. & te etiam pater, petoque absolutionem, & penitentiam.*

4. Cura in proposito commendationis posita.

Quarta cura in proposito & mediis commendationis, de quibus parte octaua diximus, posita est. Quod ad propositum attinet, nihil melius est frequenti renouatione propositi abstinendi à peccatis confessis, & alijs quibuscunque.

PARS VNDECIMA.

Documenta quadam ijs utilia, qui sepe confiteri solent, ne vel scrupulis, vel alijs molestijs à damone, vel hominibus inferri solitis, à confitendi consuetudine abducantur.

1. **P** Ræmissa sufficienti cōtritione certò confidat is qui confitetur, omnia peccata sibi esse remissa; etiam ea, quæ occulta fuerunt, vel memoria exciderunt, meritò Sanguinis Domini nostri IESU Christi.

2. Alia præparatio requiritur pro Confessione vnius anni; alia pro vnius, aut
alt.